



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

Etum Benigni pignus quæ lis de Beato *Benigno* facile componetur, si utroque loco, vel ex æquo, vel maiori ex parte Reliquias possideri credamus. *Can. in Martyr. S. Georg. Wicelio in choro S.S.*

## XVIII.

**H***Eisterbaci* ex humanis abiit venerabilis **C***ÆSAREVS* de *Milendunck*, pietate, prudentiâ, doctrinâ, exemplo, submissione mirus; quâ potissimum suadente amplissimam *Prumiensem Præfecturam* abiecit, ut suos inter æquales humilis viveret. Præter mortem & æternitatem, totâ mente Deo fixus nihil in oculis habebat: laboriosæ charitatis religiosus. In *asceterijs virginû, regulari spiritu imbuendis a Deo electus*, erga pauperes erat munificus, cû Deo usque adeo familiaris, ut animam agens, toto corpore humi prostatus, manibus in crucem exporrectis, suavissima inter **I***ESV* & **M***ARIÆ* nomina, ditissimam virtutibus *animam Deo Procreatori* redderet. *Ex Heist. Necrolog.*

## XXXVIII.

**C***ONRADVS* de *Ravenstein*, alijs de *Rin-stein*, *Episcopus Herbipolitanus*, vir eruditione

tione & meritorum gloriâ clarissimus; qui dum, S. IOANNIS *Baptista* exemplo, cognatos *Pothorem de Reinstein, Henricumque à Falckenberg* seu ab *Hondt* sanguine nobiles, sed flagitijs magis illustres, plenâ libertate Christianâ monendo ad saniora itæ morumque sanctiora consilia animaret, *visus est cum Loh* peccatoribus, quasi ludens loqui, quod essent sine timore; uude ab efferatis & Impiis sacrilegâ manu obtruncatur gloriosus Christi Athleta, ipso sanctæ *Barbaræ* Festo anno MCCCIII doctrinam suam proprio sanguine consignans. Sunt qui *Conradum* hunc Martyrem habent, quod certis rationibus doceri minimè potest, ideòque hîc non astruo. *Novit Deus cui laboravit & certavit, & qui certantes vincentèsque coronat. Chron. Herbipolen. & Bucelinus.*

## XVIII.

**R**UPERTVS è *Ducali MONTIVM sanguine oriundus Pataviensis* primùm, dein totius cleri votis *Padibornensis* electus Episcopus 31. *Princeps Pacis, Justitiæ Zelo* nulli secundus; *Ecclesiæ suæ* proventus magnificè auxit, vniversis acceptissimus; cuius in omni fortuna, constans